



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Detectio Nvgarvm Lvtheri, Cvm Declaratione Veritatis
Catholicae, Et Confvtatione Dogmatvm Lvtheranorvm**

Bundere, Jan van den

Louanij, 1551

Nomen Euangelistæ Dei sibi arrogat Lut. cap. ij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35621

NO MEN EVANGELISTÆ

Nomen euangelistæ sibi arrogat

Lutherus C A P . II.

PHILOMATHES Tota aberras via.
Quid enim Lutherο innocentius vel di-
uinius ? Se enim Dei Ecclesiasten &
purissimum euangelistam nominauit, in
libro intitulato aduersus falsò nominatum ec-
clesiasticorum statū papæ & episcoporū. Sed
& hoc addit se certum esse quod Christus ip-
se sic eum nominet, & pro tali habeat. Qui &
doctrinæ ipsius magister sit testisque futurus
in die nouissimo. Quod sua etiam doctrina
nō sit Lutheri, sed Christi purū euangelium,

O R T H O D O X V S Quum Christus arro-
gantiam & præsumptionem sustulerit, se-
que in humilitate sequi iussert dicens, Disci-

M a t h . 11. te à me quia mitis sum & humiliis corde. Tan-
ta de se præsumere, tantumque sibi arrogare
non est humiliatis euangelicæ. Consultius

P r o v . 27. attédisset Lutherus illud Sapientis, Laudet te
alienus & non os tuum: extraneus & non la-
bia tua. Et salubrius pertinuisse quod do-

H i e r . 49. minus per Ieremiam vaticinatus est dicens, ar-
rogātia tua decepit te, & superbia cordis tui.

I s a . 2. Et iterum per Isaiā , dies domini exercitum
super omnē superbum & excelsum & super o-

P r o v . 16. mnem arrogantem , & humiliabitur . Abo-
minatio enim domini est omnis arrogans.

B H I L O -

SIBI ARROGAT LVTHE. 4

PHILOMATHES Si id arrogantiam vocas, & Paulum arguas arrogantic necesse est, Rom. 13: scribent ad Romanos. Per Christum acceptimus gratiam & apostolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus. Et ad Gala. Pau. Gal. 1: apost. non ab hominibus neq; per hominem sed per Iesum Christum. Et ad Cor. Non sum apostolus? Nonne Christū Iesum dominum nostrū vidi? Nōne opus meū vos estis? Si id Paulo vitio nō est versum. Quare in eodē operae Lutherū reum agis, & Paulum absoluīs?

ORTHODOXVS Lutherū Paulo equare contendis? Hic aliquando Christianorum Act. 9: persecutor postea factus est vas electionis & euangelij præco studiosissimus. At contrā Lutherus aliquādo euangelij alīnus iam factus est eius persecutor. Et Paulus euangeliū suum non ab homine didicit, sed per reuelationē Iesu Christi raptus aliquando usque ad tertium cœlū, audiuit arcana verba quæ nō licet homini log. Quę facta in Luthero nō repies.

De spiritu et raptu Lutheri.

CAP. III.

PHILOMATHES Nec ea in parte cessit Paulo Lutherus, Dicit enim in libello quodam teuthonico ad ienatores ciuitatum Germaniae. Ego quoque fui in spiritu, atque etiam vidi spiritus

B iiiij (si omnis)